

PERILLVSTRI EXCELLENTISSI  
MOQVE DOMINO  
DOMINO  
IO. GOTTHELF  
DE GLOBIG

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS ET PRIN  
CIPIS ELECTORIS SAXONIAE SERENISSIMI IN SVMMO  
ECCLESIASTICO SENATV DRESENENSIS PRAESIDI EMINEN  
TISSIMO SACRQE PALATI COMITI RELIQA

A V S P I C A T I S S I M A

N V P T I A R V M S A C R A

QVIBVS

LLVSTRISSIMAM ET OMNE SEXVS SVI DECVS  
COMPLEXAM DOMINAM

D O M I N A M

M A R I A M A M A L I A M

A V G V S T A M

C O M I T E M A B R V H L

ILLVSTRISSIMI EXCELLENTISSIMIQVE DOMINI  
DN. IOANNIS ADOLPHI

S.R.I.COMITIS A B R V H L

POTENTISS. SARMATAR. REGIS ET PR. ELECT. SAX. SER.

CONSILIARI INTIMI ET SUPREMI STAVLI PRAEFECTI

F I L I A M N A T V M I N I M A M

IV ID. FEBR. A. R. S. c. 10 CCLVI

V X O R E M S I B I A D I V N G E B A T

DEMISSA MENTE GRATVLATVR

A C A D E M I A V I T E M B E R G E N S I S

V I T E M B E R G A E

P R E L O E P H R A I M G O T T L O B E I C H S F E L D I

A C A D E M I A E A T Y P I S

2

*Felices ter et amplius,  
Quos irrupta tenet copula, nec malis  
Divulsus querimoniis  
Suprema citius soluet amor die.*



*usebie pullo nuper velamine cincta  
Decus suum gemebat HOLZENDORFIVM,  
Flebilibusque modis, ereptum morte, do-  
lebat*

Coetus sui sanctum piumque Praesulem.  
Incorrupta fides, inquit, candorque senilis  
Et alma veritas, pares paucos habent.  
Tanto flebilius tantus mihi PRAESVL et AVSPEX  
Omnis rei sacrae verendus occidit;  
Quanto maiores iacturas res pia fecit,  
Et gens dicata Numini Sanctissimo.  
Dixerat. E regione *Thetis* moestissima yultu,  
Et ore, certa signa dat lugentium.  
Exhaustam fletu verbis affata sororem,  
Neque ipsa parcens lacrymis tepentibus:

Aequa-

Aequali libra qui ius direxit et aequum,  
(Nec me monente,) functus est fato suo.  
Fata manent omnes. Sed talia fata Virorum  
Illustrium mouent dolores maximos.  
Quos labor assiduus, quosque irrequeta poluit  
Vigilque cura, mancipata legibus,  
Vna dies crebro, nox vnica, lumine priuat  
Maturiorque vis necis terrae eripit.  
Ars longa est hominum, sed vita breuissima celat  
Artes, labore comparatas improbo.  
Vix haec ediderat, *Divina Pronoea* gementes  
His recreat verbis Deas laetissimis:  
Dic, cur inexpletis rumpas tua pectora curis,  
*Compar sororio ligatum vinculo.*  
Orbes quae summa coeli ratione guberno,  
Marisque tempero minas vastissimi,  
Quae terras moueo, iubeoque quiescere motas,  
(Vlyssipona testis est nouissima.)  
Quaque homines iubeo decedere, eosque redire,  
Et digero res omnium nutu meo,  
Bellis compositis quae pacem reddo salubrem,  
Et gentium fraeno rebellium dolos,  
Haftas quae frango, quae spicula pello cruenta,  
Arcusque contero, quadrigis dirutis,  
Illa ego cunctorum quoque serius, ocius, vnam  
Mortalium verso, vicesque dirigo.

Ambiguis fractos curis, rigidoque labore,  
Repono sede sanctiorum mentium,  
Vt dulcem capiant, tranquillo corde, quietem,  
Et perfruantur pace iucundissima,  
Inque locum senio fessorum subrogo tales,  
Actate qui florent, vigore qui calent,  
Flumine qui linguae, qui mentis acumine curant,  
Rem cultioris ciuitatis prouehi:  
Ne detrimenti capiat quid gens pia, Christi  
Lustrata, eique dedicata, sanguine.  
Instar nauis enim nimbis, variisque procellis,  
Domus Dei vexatur insurgentibus.  
Hinc et naucleris opus est, ducibusque, probatis  
Prudentia, doctaeque mentis viribus.  
Vt sic Herculeos possint tolerare labores,  
Et hostium minas dolosque frangere,  
Vtque afflita cohors roseo fulgore nitescat,  
Vt inter hamatas rosae spinas micant.  
Hinc questus omnes, procul hinc depellite curas,  
Apparet in bono vado respublica.  
Caetera quid memorem, vos ipsae cernite fructus,  
Piae forores, quos capit coetus sacer.  
Munia GLOBIGI curis (recitare Virorum  
Illustrium nomen satis fit!) transdidi.  
Hic grandi virtute regat, per SAXONIS oras,  
Et mente prouida, rei molem sacrae.

A teneris annis Musarum castra sequutus  
Impalluit libris, bonisque litteris,  
Eximumque decus claris maioribus addit,  
Nouumque fidus splendidae stirpi refert.  
Scilicet humani iuris consultus, et artis  
Sacrae, stupenda reddet ille commoda.  
Namque erit afflictis solamen dulce Camoenis,  
Et rem, sibi datam, tuebitur bene.  
Hinc PATRIAE PATRI, quo non est imitior alter  
In optimas Musas, fuit notissimus.  
Atque habitus dignus, qui praeficiatur iisdem,  
Auctoritate dirigundis maxima.  
Hinc eius studiis spirauit lenior aura,  
Coepisque, GENTIS BRVHLIAE ILLVSTRISSIMAE.  
Quae Pia tot meritis tot praemia digna reponit,  
*Suos cooptans in propinquos Coniugem.*  
Vix hanc finierat vocem veneranda Pronoea,  
Vultus sororum fit statim serenior.  
Nec mora, laeticus stimulat praecordia sensus,  
Et per medullas intimas it gaudium.  
Qualis enim alma dies, nebulae caligine pulsata,  
It gratior, redit serenior dies,  
Omnia, sole nouo viso, ridere videntur,  
Luctuque soluuntur dolente pectora;  
Tali laetitia reuirescunt corda sororum,  
Quae lacrymas siccant genis madentibus.

Dulcia mellitis infigunt oscula labris, D  
Firmantque legem foederis nouissimam: firmiter  
Se paribus studiis res omnes velle Pronoeae parvus  
Omnesque commendare casus entheae, modus  
Inde noua vita, priscoque vigore, potitae naturam  
Laetos crient hos ore mutuo modos: sunt  
**SPLENDIDE GLOBIGI**, nobis est cognita pridem Et  
Virtus Tua, et Tui fauoris gratia. mea illa  
Numquid in obscuris adamas latitare cauernis San  
Potest, grauisne luce splendor proditur. modo al  
Nec latet ingenuae nos perspicientia mentis, Sic  
In Te micans **HEROE SPLENDIDISSIMO**. A  
Praesidis auspicio tanti respublica Christi At  
Afficta viribus nouis beabitur. Cetera  
Te Duce, iura fori sacra communita manebunt, TE  
Et dignitas bonis redibit legibus. utique  
Te, Te Praesidium dicent Columenque Camoenae, At  
Artes scientiasque doctae, maximum. novo artu  
Quumque pium coetum magna probitate gubernes, Et  
Diuina crescit inde valde gloria. Habemus ergo illa  
Scripturam mystae veterumque oracula vatum Or  
Abstrusa voce laetiore proferent, Le  
Atque salutiferis epulis cupidissima pascent, Le  
Et potionē recreabunt, agmina, ut sit superius  
Te, monitore pio. Datus es sanctissimus Auspex Hae  
Rei sacrae feliciori tempore. Quo deo

Dum

Dum recolit pacem gens Christo sacra, ducentos  
Sartam per annos, integrumque, ciuibus.  
Custodem pacis Te fecit Diua Pronoea,  
Haec ominis res optimi plenissima est.  
Numine dante, salus, et pleno copia cornu,  
Has incolet terras, et alma faustitas,  
Et bonitas, et sancta fides feret obuia gressus.  
Sororiis omnes ligatae nexibus.  
Sancta que Rellgio, coelisque, Astraea, relictis,  
Antiqua, descendens, reducet basia.  
Sic diuae cantant laetabundaeque forores  
Psaltae lyram suae applicantes tibiae,  
Atque Dei laudes celebrant, Dominique Patrisque,  
Et quaelibet fert thura *Numinis Bono*,  
Teque, PATER PATRIAE, saluum iubet esse, DOMVMque  
Ad terminos orbis, vigere Regiam,  
Atque IVVENTVTIS, rarae virtutis et artis,  
Sapientiaeque, FRIDERICVM, PRINCIPEM  
Et lectos Proceres AVGVSTI SAXONIS omni  
Felicitate perfui pie cupit.  
Ore, animoque, rogat, capiat noua gaudia SAXO  
*Ex liberis et ex nepotibus nouis.*  
Leucoris amplexus atque oscula grata fororum  
Videns, precesque supplices intelligens,  
Haec totidem verbis, inquit, meditata refundo  
In optimi Patris sinum, addita prece:

Quae-

Quaelibet esse velis rata, quae youere forores,  
Deus benignitatis et clementiae.

GLOBIGI taedas, quas sancta Pronoea iugales  
Accendit, igne ardere iugi praecipe.

Haec, haec coniugii dulcissima gaudia iungit  
Amplissimis honoribus GLOBIGI,

Quod sociatus init genialis foedere iuris  
Cum BRÜHLIA, gentis corona splendidae.

Perpetua haec fiant, propria, atque beata, duobus  
Vno maritatis amoris vinculo.

Hoc PAR DESPONSVM absque pari melioribus vsque  
Amoris auctor, praemiis adaugeas.

Vt claros videat clara de stirpe nepotes,  
Et liberorum liberos simillimos

Virtuti propriae, et pietati, vtriusque Parentis,  
Globigiique Brühliique stemmatis.

Et Tu, Mæcenas, superes, quo fospite certum est  
Curas habere Numen Optimum gregis,

Qui Tua pacta canit nobiscum, pacta verenda  
Felicis atque perpetis consortii.

Des veniam, votis superaddere vota Camoenas,  
Ad Albis vndas concinentes hoc melos:

O Vos felices bis, ter, quater, amplius, AMBO,  
Irrupta quos amoris arctat copula,

Haud ullis aliis citius soluenda querelis,  
Quam sera mors aetate fessos separat



ILLVSTRI EXCELLENTISSI  
MOQVE DOMINO

D O M I N O

# GOTTHELF DE GLOBIG

NTISSIMI POLONIARVM REGIS ET PRIN  
ELECTORIS SAXONIAE SERENISSIMI IN SVMMO  
SIASTICO SENATV DRESENENSIS PRAESIDI EMINEN

TISSIMO SACRIQE PALATI COMITI RELIQA

A V S P I C A T I S S I M A

V M S A C R A  
IBVS  
OMNE SEXVS SVI DECVS  
M DOMINAM  
I N A M  
A M A L I A M  
V S T A M  
A B R V H L  
L E N T I S S I M I Q V E D O M I N I  
I S A D O L P H I  
I S A B R V H L  
E G I S E T P R . E L E C T . S A X . S E R .  
S V P R E M I S T A B V L I P R A E F E C T I  
T V M I N I M A M  
R . S . c I o I o C C L V I  
I A D I V N G E B A T  
T E G R A T V L A T V R  
I T E M B E R G E N S I S  
B E R G A E  
G O T T L O B E I C H S F E L D I  
A E A T Y P I S

